




# Petriscus Georgii Macropedii fabula jucundissima.

<https://hdl.handle.net/1874/342152>




63


Litterae Latinae 525


Litt. latinae.  
Oct. n<sup>o</sup> 525


Rariora


X. oct.  
525











PETRI  
SCVS GEORGII  
MACROPEDII  
fabula iucundissima.

¶ Ad Lectorem.

Accipe nunc candide lector Petri-  
scum nostram, ex fabulis illis,  
quas tibi nuper promisimus.

Accipies reliquias, cū mihi  
per occupationes scho-  
lasticas ad recogno-  
scendum eas va-  
cauerit. Vale.



G X H

DOMEIN-ARCHIEF  
TE  
UTRECHT.

¶ Georgius Hadriano à Krimpen  
studioso pucro S. D.

**M**Emor patris tui erga me benivolentia &  
liberalitatis, (cum alijs in rebus non pos-  
sim ei dignius gratificari) hoc te volui in  
Hadriane literario donare munusculo, ne frumentum  
in me, tanquam in hominem ingratum, & beneficij  
in memorem, iure terqueri possit. Graciosa venatio.  
O dñe p̄f. ȳf. p̄t. x̄k. s̄p̄. oude p̄t. s̄p̄.  
Vi & tu in eo subinde veritato animū tuum oblectes,  
& à locordia, rugis, mei tisq; lusibus defectas.  
Consider es quoq; præter eruditio[n]em Latinam,  
quid tu patetib[us] & præceptorib[us], quid  
alii iuris tibi deliat. & q; in prebo-  
rum: ònictus ac fideliciū perinde  
sint tibi ac p[er]sis vitâ. Accipe  
ita q; grata traxi ab amico  
præfectū in tuis illis, &  
(quod dicit loquitur)  
o dñe c d w tis  
gratia. Vale.



¶ Argumentum in Petriscum.

**M**ater Petrisco, quē probū fore vult pater,  
Mysandra nimis indulget vxor petriscā.  
Post parva furtā, magnam & insolentiam  
Pater hunc magistro accusat, atq; ceditur.  
Cælus, patri turatus aureos quindecim,  
In ganeo sociatus est nequissimis  
Pulsis schola gerribus, cum quibus & oī  
Furta ac dolos coniectus est in vincula.  
Porro imminentे morte proprijs litteris  
Matrisq; precibus impetrat Didascalū  
Clementiam, qui alijs relictis patibulo, hunc  
Virga eximit, cælumq; cum peculio  
Reddit parentibus, & strepunt conuiua.

¶ Dramatis personæ.

Prologus.	Cabiscus, Stypticus fures,
Galenus pater.	Philocrisium, Philargiriu
Petriscus filius.	Lorarijduo. (meretrices)
Liturgus seruus.	Gnorymus senex.
Mysandra mater.	Rusticus.
Didascalus cū discipu-	Prætor cū satellitibus:
clis, & puero.	Sycastra delator.

¶ PROLOGVS.

**D**Idascalus noster animaduertens nihil  
Gregi suo scholastico opportunius,  
Vobisq; spectatoribus fore gratius  
Ludis, iocisq; scenicis, ex tempore  
Pro temporis ratione scripsit ludicra, vt  
Habent iuuentus nostra, quo se exerceat,  
Quo vos quoq; hoc iam tempore oblectemini.

Præterea habebunt plus satis, si liberos  
Suos ament, vetent ve castigarier,  
Stu tissimæ mulier culæ, pueri quoq;  
Suis rebelles visq; præceptoribus.  
Exempla non vulgaria. Atq; illæ quidem  
Vti videant suam per indulgentiam  
Gliscere suarum prolium licentiam.  
Hi vero vt edocti suorum turpibus  
Comilitorum casibus, nulli velint  
Rebellium patere contubernio,  
Sed optimis subesse præceptoribus.  
Videbitis (quianq; probò fatum patre)  
Puerum Petruscum matris indulgentia  
Sodalibus adhaerere perditissimis.  
Tandemq; post rebellionem, fornices,  
Et furtæ ad infandæ, probroæ, & horridæ  
Mortis venire periculum. Quod vius est  
Tali autor argumento, id in causa fuit,  
Quod cum Rebellen primiter dedisset in  
Lucem, fuere qui parum vel candidi  
Vel eruditi dicerent, quod fabulam  
Tanq; sibi propriam, alienam vendefet.  
Quasi adulterinam vt propriam Terentius  
Aedat, quod Andream ex Menandro transferat  
Faleatur ingenue autor ipse, sibi prius

Visam sub argumento eodem fabulam.  
 Prosa haud metro scripta ab Helicō breuissimā, &  
 Arsisit adeō hypothesis, vt decerneret  
 Tractare eandem honestius seu comicōs,  
 Longe tamen alio ordine atq; scheme.  
 Nunc eius an sit adulterina, candidus  
 Vbi contulerit vtracq; lector iudicet.  
 Ut igitur obtrectator is habeat sibi  
 Quod non queat lacessere, simili quidem  
 Iam hasit hypothesis, haud eadem, denuo.  
 Ut id quod illis tædio, vobis fieri  
 Iucunditati maximæ. Vos itaq; huic  
 Quotquot theatro adestis oro & obsecro,  
 Ut prorsus omnibus abdicatis fabulis,  
 Qinniq; strepitu ac sibilo, nostri gregis  
 Aureis benignas præbeatis ludijs,  
 Ne fructu & utilitate vos priuemini,  
 Nostrisq; inutilem laborem assumpserint,  
 Inutilem arbitramur vtiq; dum vacat  
 Attentione, labore parta oratio.  
 Si identidem vos nil quoq; animaduertitis,  
 Domum profecto hinc absq; fruge redibitis.  
 Quiescite itaq; adeste cum silentio,  
 Musisq; candidis fauete candidi,  
 Post horulam vnam aut alteram amittermini.

A. 3.

# Actus Primus.

Scena Prima.

Galenus. Petrus. Liturgus.  
Iambici trimetri.

**R**ecta Petrusce ludum adi scholasticum,  
Quædam priusq abibo, huic mandauero.  
Atq in macellum postea ablegauero.

Pet. Quonam pater proficisceris? Num vespere  
rediturus? Gal. Id refert tua prorsus nihil,

Tu recta adi ludum vltro litterarium,  
Didascalog nuncia me iam adfore.

Ad coenam enim mihi hoc die inuitandus est.  
Cave deprehendam abesse te cum venero.

Pet. Non deprehendes. Vnde oritur hæc tibi  
De me pater suspectio? Gal. Pareto, abi.

Liturge ad esdum, vt quæ volo & tibi imperem.

Lit. Praesto est Liturgus here. Quid exequi iubess?

Gal. Sta paululum dum abeat. Putas ne vera sunt

Quæ intus mihi de filio suggesteras?

Lit. Pol, ægre & illibenter heregnatum tuum

Insimulo quouis crimen, vt quem post tua

Fors fata habebo herum alterum, veruntamen

Cum deceat esse plus patri q filio

Seruum fidelem, quod ego iam plus septies

Et deprehendram haud data opera, & videram.

Celare te non debui. Gal. Probus es, & ego  
Cum tempus exiget. Lit. Morare aliquantulum,  
Nam præter oua, butyrumq, & caseum:  
(Quod hactenus filii) & pecuniam extulit.  
Gal. Pecuniam? Lit. Subinde vidi. Gal. Ut potueris?  
Aut si videbas, quin vetabas? Lit. Scilicet.  
Audaculus, procaxq per me desinat.  
Suum mihi crimen potius impingeret.  
Gal. Sed qui potuit (in qua m) mihi argenti adimere?  
Adestis mis quod obieratur scrinij?  
Lit. Nil scrinij (quod adhuc sciam) hactenus eruit.  
Verum latenter intravit cellam frequens,  
In qua tuis cum debitoribus iouis  
Subducere ratiunculam, & quod inuenit.  
Audetq surripit. Gal. Quid audio? Lit. Quod est?  
Res ipsa: vidi aliquando q duo aut tria  
Sestertia illinc clanculo subduxerit.  
Ex his quid actum, quid futurum coniice.  
Compratis, volunt patrata septies.  
Partesq edens, tandem canis corium vorat.  
Gal. Probemones, ipsamq rem quam suggestis  
Dum tacitus expendo, intuor verissimam.  
Putaueram profecto me in ratione vel  
Dati vel accepti frequenter decipi,  
Ast impostruit (ut iam liqueat) mihi filius.

Lit. Sunt, cum quibus solet interim versarier,  
Nequissimi, verum mihi non cogniti,  
Quos ipse dum voles facile vñaberis.

Gal. Sat est, cape hos solidos duos, abi ocyus  
Recta in macellum, & vt placuit yxori, eme  
Quæq; optima pro vespero conuiuio.

Ego filium dignè priusquam rus eam

Iubebo castigarier, Didascalum

Quoq; ad epulas vocauero. Lit. Sospes redi.

Gal. Cura omnia approbè exigas. Lit. Curauero.

### Scena .II.

Galenus. Didascalus. Discipuli. 4.

**M**Ortalium iucunditas quam turbida,  
Q; vana, quamq; amara sit, præsertim ijs,  
Qui coniugem rixosam habent, & liberos.

Exerior in me maxime. Sed ecceum adest

Quem conuenire gestio Didascalus

Stipatus auditoribus. Did. Ut dixeram

Alacriter (si occurrerint) prehendite

Nequissimos, ne terremini impetu

Minic; eorum, néve terga vertite. Disc.

Haudquaq; em præceptor, haudquaq;. Did. Quis hic

Qui concito nobis gradu sit obuius?

Disc. Galenus est, pater Petrisci, te petit.

Gal. Salve magister crudite. Did. Identidem

Salve Galene. Gal. Quò hūc gregē extra septa agis?  
Did. Belle quidem tu, vt lepidus & facetus es.  
Sed quid Galene ouicula tua creberrimē  
Ab ouibus se subtrahit? Gal. Quid? subtrahit?  
Did. Subducit. Ga. Atq; id crebri? Did. creberrimē,  
Fultusq; semper testimonio tuo  
Et syngrapho. Ga. quo syngrapho? Did. tuo equide  
Chirographo. Ga. id est autographō, nō syngraphū  
Meum, necq; intra mensē & vnum aut alterum  
Chirographum dedi, sc̄o equidem quid doli  
In syngrapho latet, patris dum syngraphus  
Autographus fit filio. Did. Utinam & omnibus  
Isthuc parentibus semel persuadeas.  
Eapte lunt profectō pueri industria,  
Ut scripta scriptis affigurent proximē.  
Nobis quoq; illudant, sibiq; maxime.  
At qui omnibus mens necq; eadem, necq; ratio.  
Nimisq; amant suos parentes liberos.  
Gal. Ita est, parum secede mecum hac obsecro,  
Est namq; quod secretius tibi in sinum  
Fundam. Did. Libens facescio, duc me quolibet.  
Paucis tamen (quod ad alia festinem) modo  
Loquendum erit. Sunt namq; qui præpropere se  
Ferulæ meæ subduxerint, nisi caute eos  
Mox ante uortero, quemadmodum accinctū vides.

**Gal.** Videō, sed audi me tribus modo verbulis. **Did.**  
**Audio.** **Ga.** Petrus cus in schola est. **Di.** Est in schola.  
**Gal.** Ideo obsecro te q̄ potissū n̄ maxime, v̄  
Ad sanguinis infusionem v̄q̄ flagris  
Cedatur acrioribus priuq̄ eas.  
**N**e si quid interim (vt est sagax) ei per hos  
Suboleuerit, meditetur aut suam, aut suam  
Matrem iubornet lachrymula, vt se liberes.  
**Did.** At unde castigaueris nam cædere  
Palam omnibus cauta latente haud congruit.  
**Gal.** Heu, cauta talis est, vt & tandem muli  
Mala perfume cam, & filio. **Praeter** doles,  
Mendaciumq; quæ & ipse crebro expertus es.  
Præterq; farta casei atq; butyri,  
Præterq; farta carnium atq; piscium,  
Etiam subinde sustulit pecuniam. **Did.** Hui.  
**Gal.** Quapropter obsecro tuam prudentiam,  
Ut corrigatur ocyus, dum foris ero,  
Mecumq; cœniturus adfis vesperi.  
**Di.** I. Referenda gratia est, libēnsq; quod rogas  
Prius exequar. **Gal.** Quod atq; dictum oportuit.  
Venare quoniam transtulit. **Did.** Rimabimur.  
Quantum negotiū parentibus suis  
Placuisse liberi ingerunt. **Diſc.** Didascalus  
redit, Petrus cus absq; controvēsia

6

Cædendus est, non absq; clausa enim pater  
Seueritatem præferebat pectoris.  
Did. Silete: sequimini, mihi exequenda sum  
Alia priusq; abilero. Disc. Quid dixeram?  
Did. Cædendus est puer absq; controversia,  
Quod cum Cabisco fuit ei conuiuio.

¶ Scena .III.

**P** Didascalus. Petrus, Discipuli. 4;  
Proferre flagra Claviger. Petrus ades.  
Pet. Quid vult? Did. Ades, paucis loqui tecum volo.  
Pet. Adegit Petrus. Ecquid in me criminis?  
Did. Tu solue subligaculum: parentur ij  
Quocq; qui futuri sunt mihi adiutorio,  
Pet. Qui cedat omnino innocens! Did. Tun'innocens?  
Tu frater oua, caseum, & alia plurima,  
Quæ sustulisti ex ædibus creber time,  
Neutiquam percristi patris peculio,  
Et innocens? Pet. Id nemo mihi probauerit,  
Neq; mater vng; tale de me dixerit,  
Quam huc adupcatam oportuit (si mecum agas  
Justè) priusquam cederet, vel testibus  
Probato, quod falso astruis. Did. Quod ex tuo  
Parente didici, non potero non credere.  
Pet. Vernaçuli mendacibus credid pater  
Institib; Nego, ni probatur testibus,

Did. Nos iudicis testisq; fungimur loco.  
Tu cæditor, vos tendite ac dissolute.  
Pet. Heu, Did. Viuam ad usq; cutē, videbo si queant  
Hæc flagra testem accersere. Protendite,  
Tenete fortiter. Pet. Innocentem cæditis.  
Proh Iuppiter quid patior. O Ueūm fidem, ô  
Præceptor, ô p̄cepto. Did. Es adhuc innocens? Pet.  
Haud quaq; Did. adhuc testes ne? Pet. testis ipse sum.  
Ego ipse sum furti omniū. O Did. at quò elata sunt?  
Pet. Cabisco & alteri Stypisco tradidi. O.  
Did. Digni profecto quibus ferantur pluria.  
Quid reddidere? Pet. Furta præter sua nihil.  
Miserere sat cæso. O. Did. Patrabis amodo?  
Pet. Nunq; patravero. Did. Amodo te corriges?  
Pet. Correxero, correxero: miserescito.  
Did. Surgat. Sedete in classe quisq; propria.  
Cave Petrisce, ne quid vltra exaudiam. Pet.  
Meminero dum tempus finet. Did. Quid murmurat  
Nequā? Pet. Nihil. Did. nequisimū ingeniū istud est.  
Cave. Disc. Fugit præceptor, excurrit schola.  
Vin' hue reduci! Did. Hem, currat in malā crucem.  
Pet. Vah sordide ac pedunculose Didascale.  
Meminero dum queam. Disc. Minatur, obstrepit,  
Lapidescq; mittit. Vin' citi prehendimus?  
Did. Nolite filij, suo se tempore.

Ipsius prehenderit, ipsius irritiverit.

Yos expedite ad alia quæ propoſueram,

Vbi paululum quieverim, concessero.

Disc. En expediti te foris morabimur.

Vt iam Petrus v'lulat ante ædes suas.

Matrem illico videbimus procedere. Pet. Heu

Mater mea, obsecro prodi foras. Disc. Opus ingredi

### ¶ Scena IIII.

Mysandra. Petrus.

**Q** Vos ciuitatus audio pro his ædibus?

Quis lachrymat? Tun' mi Petrusce lachrymas?

Pet. Ego lachrymo mater. My. Faterè quid accidit?

Num caelus est? Pet. Grauissime o mater flagris

Acerrimis. My. Quid feceras? Pet. Prorius nihil;

In innocentem enim hoc modo bacchatus est

Didasculus, vide vt cutis mea lacera est,

Vt membra liuent, vt rubenti sanguine

Infecta vestimenta sunt. My. Pater quid hoc

Malis? Perinde ac in latronem sauijst.

Pet. Id diceres, si me videres distrahi.

My. Mittè hæc: quid inquit feceras? Pet. Nihil quide

Commisseram, verum pater meus prius

Quæ abiret, accusauerat me criminis.

My. Pater tuus te criminis! De quo obsecro?

Quæ adulteria, quæ stupra, quæ ve furtæ sic

In te acriter punita sunt? Vnde arguit?  
Pet. Dicere vereor. Etsi innocens, terti arguit.  
Me mala, pyra, fucus, nuc ēscg dixerat  
Sed & oua saepe sustulisse ex ædibns.  
My. O animos truces Didasca li. Minutula hæc  
Delicta castiganda erant tam saeuiter?  
Quænam (maldam) dementia & patrem tuum  
Eò impulit, vti te huberet propter hæc  
Tama trociter laniarier, lacerarier,  
Etiam si ea ipsa admiseris! Pet. Poi, neutrig  
Mater, Liturgus hæc patri falso omnia  
Suggererat, pluribus at ipse obnoxius.  
My. Liturgus hæc Mecastor hic yesanæ  
Suæ dabit poenas, sategero quoq;  
Ut neuter impunitus isthuc egerit;  
Mecum Petrisce mi domum ingredere, vt tibi  
Calido incubanti lectulo permollia  
Fomenta & vnguina adlubear. Pet. Mater pxi,  
¶ Chorus scholasticorum, lambico dimetros  
Amor parentis in suos  
Sit temperatus liberos,  
Ne moribus petulantium  
Connireat, sed arguat.  
Si indulgeat lasciuiae,  
Parcatq; lentis virgulis,

**Proteruentes senseris,**  
**Necis; vix subduxeris.**

**Lucretio gnatus cruci  
Cum adduceretur ab osculo  
Nasum momordit, parvulo  
Quia fuerat in fulgentier.**

**Quid necunt Heli ac liberos  
Vna die, nisi blandior  
Correptio, & remissio  
Impuberum educatio**

**Quin David Ammon passus es  
Calum ene fratri Abessalom,  
Quod non sororium ob stuprum  
Redarguit clementior.**

## **¶ Actus Secundus.**

### **Scena Prima.**

**Philechrysum tela. lāmbici trimetris.**

**B**Ellum diurnum plus tunc ent metamicula  
Duo cum Didascallo in schola q̄ singuli  
Nocturna mecum praetitia in thalamo aggredi,  
Et ob hoc meam hanc operam locabo tanto eis  
Lubentius, quanto obtequi mafunt mihi in  
Complexibus q̄ in lectio Di. ascalo,  
Videbo & explorabo, ne Didascalus  
Fortassis inconsideratos offruntur.

Papæ, ipse adest repente subdolis suis  
Stipatus (vt solet) vndiq; auditoribus.  
Quid factopust? Intrò recurrentum ocyus,  
Et indicandum amalij, si quo modo  
Præsentibus malis queant occurrere.  
Nec fugiendi neq; latendi hic est locus.

¶ Scena . II.

Didasculus cum 4. discipulis. Cabiscus,

**V** Styphiscus. Philochrysium.  
T dixeram pr̄ius, prehendite a lacriter  
(Si occurrerint) nequissimos, ne aut impetu, aut  
Minis eorum terga vertite. Disc. Neutquam.  
Did. Pulsabo ad ostium. Recludite has fores.  
Phi. Quis pulsat ostium meum? Ca. Præceptor est.  
Did. Recludite. Sty. haud recludimus, quin te magis  
Tuoscj disturbamus ædibus, nisi  
Sponte redeas. Did. Aperito tu mulier fores,  
Ne quando iure consulsatus te arguat. Disc.  
Præceptor in te lotiū. Sty. habet. Phi. tun sordide huc  
Meum relinques ostium? Sty. Cabisce ades,  
Tu saxa, coctilescj lapides suffice.  
Philochrysium tu profer huc plus lotij.  
Facile hunc Aristarchum ædibus repulerimus,  
Pedunculose, sordide, ac phanatrice  
Non dum recedis ab ædibus? Disc. Petrae ruunt,

9

Præceptor effuge. Did. Irrita hæc industria es,  
Captanda consilia altera. Heus tu Clauiger  
Accede consulem, roga mittat duos  
Lorarios, qui corrigendos exigant.  
Curre, hoc loco vel in schola morabimur.  
Disc. Factum puta, curro, reuertor, hic resistes  
Cab. Ut iners & ignavus modo a stat turpiter.  
Abi cruento, haud amodo cæsurus es.  
Did. Sin' ego cæcidero, cædet ipius carnifex.  
Vetus est parcemia. Sin' patrem tuum audias,  
Post vitricum auditurus es. Quid filij,  
Quid mihi rebelles improbè auersamini,  
Præter meam eruditionem, quicquid est  
Et honestum, & æquum, & utile, & pium? An nihil  
Vos pudeat horum? An non Dij vlciscantur hæc?  
Similes ne vestri cernitis passim cruci  
Gladiove adactos emori infeliciter?  
Descendite hens descendite, ut peiora non  
Patiamini. Sty. Quas tu cruces, quoscq; gladios  
Nobis paras vanissime? Hinc si non abis,  
Saxis tuo illisis cerebro hanc plateam  
Tuo cruento purpurabo. Abito dum.  
Dise, Hem, saxa mittitis in Didascalum impiss  
Saxa ne remictimus? Did. Tacete, quiescite.  
Præstat tacendo iniuriam mihi fugere,

B A.

et multa respondendo vincere. Expede  
Redire dum Lorarij veniant, quia  
Cum stulto inire prælum, stultiissimum est.  
Eamus, ante ludum adest muliercula,  
Quæ me expedit cōuentū, ut autumo. Disc. Refuge,  
Mater Petrisca ea est. Did. Noua ea cententio est.  
Vos introite.

¶ Scena .III.  
sandra. Didascalus. Petriscus.

— **S**ordide plagole<sup>cq</sup>  
Didascale, ut quid in meū hunc sic filiū  
Crudeliter, grassatus es? Non sic feræ  
Trux carnitex, non sic feræ à venaticis  
Canibus solent lacerari, ut hic tenerimus  
Laniatus est. Did. Sile parum muliercula.  
My. Egon' tibi silebo pestis! Egon' tibi  
Silebo! Vix me contineo, quin in tuos  
Manib[us] capillo[s] euolem. Did. Quis te malus  
Genius agitat muliercula? An nulla ratio  
Tibi reliqua est? Quo fine tandem filium  
Tuū m[eu] hinc Icholam mihi tradidisti? Nunquid ut  
Post ice era, positis flagitia, impunita sit  
Nequitia! Peniculōve vulpis vapu et?  
Nonne crudiri volueras cum adduceret?  
Et prosceleribus corrige! Eruditio hand

Ut is vel inuitus faretur defuit.  
 Cur ergo vis sola absit huic correctio?  
 Pluris facis doctrina & eloquentia,  
 Qz moribus pulcherrimis fore præditum?  
 My. Non vita corrigi, sed ouiculam yeto  
 Innoxiam excoriariet. Fera bestia  
 Hæcine tua est correctio? Iam didicimus  
 Quæ sæpen numero audiuitus, quonam hæc tenus  
 Pacto usus es nostris tyramne liberis.  
 Probis satos parentibus & innoxios  
 Sinamus ita cædi, trahi, mactaric?  
 Did. Innoxium vocas, qui adhæsit noxijs?  
 Qui rem tuam domesticam furto abstulit.  
 In ganeūm̄q̄i transtulit? Qui in fornicē  
 Latens vagabundus vē saepe schola abfuit?  
 Pet. Mentire singula. Ego ne mater patiar hæc?  
 Did. An mentior, qui à patre partim isthæc tuo  
 Partim ab alijs vera didici, partim quoq;  
 Mihi ipse fassus es? Pet. Ego fassus sum tibi.  
 Mentiris æde pol. Did. At hic grec testis est.  
 My. Fors verbere extorsisti, vt aliqua diceret.  
 Et quid, si (vt assuevere pueri) vel pyra,  
 Vel mala, vel fucus, vel his simile abstulit?  
 Did. Adde oui, carnes, cascum, & pecuniam.  
 Pet. Mentitur impudens. Did. Vele ego, vel tamen?

My. Quid audio? Tantillus hic puer audeat  
Vel istiusmodi vel obolum attingere?  
Did. Et felium catuli subinde lebetibus  
Carnem extrahunt. Mihi crede mulier, si finas  
Adolescere hoc pacto tuum puellulum,  
Vereor cruci ne tandem adulterum nutrias.

My. Quas tu mihi obtrudis cruces homo omnium  
Deterime! Egó ne filium meum crucis Pet. Hem.  
Egó ne crucis Cædamus. My. Impudens caput.  
Did. Te contine mulier, alioqui ad consulēm  
Duci iubebo, adsunt enim Lorarij. Pet. Hui,  
Cedamus hinc mater, valeat. My. Haud sic tamen.

#### ¶ Scena .III.

Lorarij. 2. Didascalus. Discipuli. 2. Polymathes, & Philomathes. Versus tetrametri seu octonarij.

**A**bi domum impudens, bonosq; desine ins-  
cessere viros  
Conuitijs, si non velis (vt merita) cras traducier.  
Salve mḡr. Did. vōsq; auete pbi viri. Lo. τὸν λυγέος  
δέπτηρος ἐι. Did. qd ita! Lo. qd pbitatē inesse pspicis  
Utricq; nūl nullus credidit.  
Did. Facete. Lo. Erat cū muliere mala (vt video) tibi.  
Did. Nec id infrequeſt ludimgr̄is, quis (cōtentio,  
profecto miserrima est  
Conditio. Lo. Lites sedimeres has, vulpiūq; cæderet

Peniculis. Extra iocum: quid adiuocasti nos duos?  
Nostra indiges opera! An rebelles, q̄s oportet corrigi.  
Sese erigūt? Did. Audite me. Meretricula in vicinio est  
Cui se applicant duo ex scholasticis meis nequissimi,  
Quos corrigendos dum volebā adducere, obdito ostio  
Missis lapidibus propulerunt de super, quapropter &  
Opus mihi vestra est ope & prudentia, sed maxime  
Authoritate publica. Lo. Iuuabimus pro viribus.  
Præcede, duc nos ad locum certaminis, quia pugiles  
Tuos videre perlibet, cum quibus oportet congregari.  
Did. Eam⁹. Dis. an cōcedim⁹? Did. manete, p̄stolamini.  
Poly. Vḡ natib⁹. Immo tergorib⁹ illis, quib⁹ tot ybera  
Immorient, horreo memorās. Tu clauiger virgas parā  
Pulsant domū. Phi. n̄i silēt. Poly. intrōq̄ rūpūt viribus  
Phi. En alter exilit, tenet magister, alterum extrahunt.  
Sequitur meretrici ciuilans. Poly. Fortasse cæsa fustibus.  
Viden' vt manu auersa retūditur? Phi. Video, vice sauciij  
Po. O vtinā & ipsā huc pertrahāt, dissauiandā mastyge  
Phi. En iam rcuincti sumib⁹, ducun̄ hand secus ac solent  
Fures philacæ adducier. Poly. Spectaculū lepidissimū.  
Iam quicquid iſ rogauerint, probri aut doli multabit̄.  
Ver⁹ quia adsunt proximi, cedam⁹ intrō. Phi. Ita censco

¶ Scena V.

**H** Lorarij. 2. Didascalus. Cabiscus. Stypiscus.  
Os haec tenus nostros recipe m̄ḡ, & scholastico

Ex more corrige, alterum seruabimus dum tu alterum  
Cæcideris, nequid tumultus interim in schola excitet.  
Did. Solue. An Cabisce non foret modo honestius, me  
audito ad has

Spontaneum venisse plagas, q̄ per hos turpissimē  
Trahi ministros publicos, & hāc mouere tragœdiam?  
Ca. Cædes modo, at non amodo. Did. Faxit Deus, verū  
Nē postea te cædat atrox carnifex, qđ est meū (caue,  
Nunc exequar. Lo. Quo priuilegio secundus vapulas?  
An te superior ille nequitia, prior quod vapulat?  
Sty. Ridete nunc, fortassis olim non adeò ridebitis.  
Lo. Ceaser minæ. Numera Sty pisce quot nā cottabos  
Sociis ferat, perferrere cū te totidē oporteat. Sty. Truces  
Vos glutiant, vorent lemures, & ater tartarus.  
Me vos quoq̄ enecabitis! Retaliabo si queam.  
Lo. Probè salutat nos, habenda gratia est. His vinculis  
Soluatur, atq̄ vestibus spolietur, vt eō alacrior ad  
Pugnam siet, nostrōq̄ munere hoc modo expeditius  
Fungamur. Sty. Hui, Lorarij me soluerint! Lo. Lorarij  
Possunt ligare & soluere. Huc profer lacertos, ne simul  
Cum Sofia Plautino & ante cottabos pugnos edas  
Atq̄ colaphos. Prob̄ ē. Soluto cingulo tunicā abstrahε,  
Thoraca laxa, vt viuā ad vsc̄ cutem facile Diδascalus  
Inclusum mox auferat. Sty. Dies piter vos perduat.  
Lo. Redit Diδascalus, vt ialutis ratio & ordo postular̄

Vocatum ad ulmeum modo accubare faciet ferculum.

Did. Echo, altero hic festivior, qui se apparauit prælio.

Lo. Nos antagonistem novum tibi autem præparauimus.

Præter tua vnguina nil ferè desy' erat ut amplius.

Propter minas, linguaq; virulentiam, nostram hanc ei

Operā locauim⁹. Di. p̄bē actū, & hūc athletā inunxero.

Ades scelestē. Nonne mage decebat auscultare mihi,

Q; hoc schemate, exēplisq; petisimis palām traducier⁹

Sty. Traducitis, traduxerōq; vos, tuat si occasio.

Lo. Abi, data est nobis prius iam occasio hæc. Videtō ne

Etiam secundo detur, & pœniteat impudencie.

Quid tu fugis post verbera? Stultā facis rem, si quidem

Licuisset has plagas fuga euallisſe, prudentissimam.

Profectō iudicarē. At ubi iam et̄lus es, quorūm fugā?

Numera sodalis cōtabes, animosq; mortis explicā.

Ca. Explicuero mox Baccho, dapib⁹, & puellis cādidiſ.

Lo Echo puer, tu Veneri, Iaccho, epulatiōnibus vaces?

Ca. Vobis quoq; inuitis. Lo. Et unde tibi pecunia?

Ca. Et quid ad

Vos attinet? Lo. Iam adest sodalis. Ca. Commodum.

Lo. Sequitur quoq;

Præceptor. Ca. Ad coruos, neq; amodo mihi p̄ceptor est

Valedicimus palām tibiq; litterisq; & ludo huic.

Sty. Valedicim⁹, meminerim⁹ q; oli, ubi fuerit occasio.

Did. Abite, abite vel ad crucē, dum neq; suauibus quidē

Nec asperis corrigitini. Cab. Vah sordide. Sty. Vah  
carnifex.

Lo. Valeant magister hi improbi. Did. Cauçant sibi,  
quod muneris

Mei fuit subiui, habeoq; gratiam vobis viri  
Fortissimi, mecumq; adeste in prandio. Lo. Placet. Iterum  
Illi ad suū rediere, p̄stibulū. Did. Doleo. Vos sequimini.  
Crepit ostium in vicinia, vitanda turba. Sequimini.

¶ Scena VI.

Mysandra. Petrus. Versus septenarij.

V Ir abest, Liturgus abest, familia abest, vacant  
plateæ,

Vacantq; vicinæ domus. Quid sola ego obtuebor  
Dcies parietes? Feriae ne publicæ? Petrus ce  
Ades (est em quod filio mandem, priusq; abibo ad  
Philippiā atq; Euodiā) Heus prodis ne? Quid moraris?  
Pe. Mater clæ p̄sto sum: quid est qđ mea opera curatū  
Voles? My. Cape has claves, domū dū rediero curato.  
Pe. Curabo. My. Adibō proximū œnopolion ad amicas  
Veluti sponperi. Si pater vel si Liturgus veniat,  
Tu traditis his clavibus me accerse, modò requirant.  
Pe. Faccetto, verū ad ludum ut exam statim necesse esso.  
My. Vbi feceris quæ iussiterim dimiserō, quoq; unq;  
Libuerit ibis, interim claudenda claudito, atq;  
Siqua aperienda aperi. Caus nequid domesticarum

Migneate terra pessum eat. Pe. Matercula id cauebo.  
 Euax, mihi omnia credidit mater mea his collatis  
 Mihic lauib⁹. Iam intra Petrisce ad quasibet parētū  
 Opes. Reclude matris abdita scrinia, ut pigmēta &  
 Piper eximas. Aperi patris thesaurū, vt inde argentū  
 Quantum citra notam audeas, tollas. Adi securus,  
 Nam solus es sine arbitris, forib⁹q; pessulum obde,  
 Nequādo callidus Liturgus opprimat te incutum.

¶ Chorus versu dimetro,

**Q**Vanq; probi infestos sibi  
 Semper tulerunt improbos,  
 Tamen fuerunt ante nos  
 Fæciora tempora.

Iam ridet auditor suum  
 Didascalum, puer senem,  
 Sanctum prophanus, impius  
 Pium, parentem filius.

Iuratio, deuotio,  
 Obscenitas, lascivia,  
 Furtum, dolus, procacitas,  
 Pueros cum ephebis occupant.

Mores parentum lubrici,  
 Amplexitur quos puerulus,  
 Nimia quoq; indulgentia  
 Causa atq; fomes omnium est.

B

¶

**H**is itaq; non medebimus,  
**N**isi tum parentum tum boni  
**D**idascalii vita integræ, &  
**C**orrectione acerrima.

**S**tultitia si ligata sit  
(Schlomonis ex sententia)  
**I**n corde pueri, virgula  
Sæueriore fugabitur.

**N**am virgula dum cæditur,  
**N**on corpus ipsum occiditur,  
**S**ed liberatur ignibus  
**C**æsi anima horrendis tartari;

**Q**uis enim impossibile sit  
Corrigere, quem Deus oderit,  
Cædendus est tamen impius,  
Quo habeant timorem cæteri.

**¶ Actus Tertius. Scena .I.**

**D**liturgus. Petrus. Septenarius.  
Iutius moratus est me Janus, ut Di omnes  
Morcentur ipsum in distrahendis carnibus vicissim.  
Quod commodū sibi sedulo inuestigat, at quid alijs  
Incommodeat, perpendit ipsius neutiq;. Nam certo  
Est certius, si verbera euadam, hera mihi maledicēa  
Mox ingeret, magna infidelitatis insimulabit,  
Herus magdest<sup>r</sup> est, herus trāquillus est. Contra, iūla

Nil incommodius, inquietius, impudenterius ve-

Iam plena compita sunt, in ore est omnium procacis

Malitia foemina, qua in optimum virum insaniuit

Pro pestilente siue, dignissimeq; cæso.

Pet. Si ipsam milii teneam catenis terreis fortunam in

Neruo ligatam, non quæ extorquere cōmoda tantæ

Quæta vltro iā ē largita. Pige, zaccaro atq; cinnamo

Hæc manicæ & intimos sinus tunicae replevi: at autem

Suffarcinabo peflo in solutum in subligaculo, ne

Si fors sit explorata, me crumenæ furti accuset.

Ex mille nummis quindecim vix abstuli, sed totos

Rutiles & aureos, Pater non deprehendet, quod si

Deprenderit, tempus docebit quid reus prætexam.

Et cōmodū, nam adest Liturgia, autor huius furti

Futurus. Vbi res postulauerit, has eidem claves

Tradā, atq; abibo, sodalibusq; cuncta mox partibor.

Quid ades Liturge, qd in qua ades serius, vbi trāsiuit

Ferme hora prandij. Lit. Quod haud possem citoius  
adipisci hæc,

Quæ voluerat matricula tua, cuniculos, perdices,

Capum, anserem, veruecis armum, & his similia.

Vbi est hera? Pe. Abiit cū familiâ, iussit & tibi claves

Has tradecem, nam lectioñ tempus est, ludū adeo.

Lit. Da, vade. Ne pater domi forisve te prehendat.

Pe. Vado. Bene est qd omnia cuencere fortunatae. Hujus

Vñ hñ mihi, redif pater, ni fallat oculus. Ipsus  
Est, aliquid vt me hoc explicem pauore cõminiscar.  
Adueniat, est quod facile persuadabo, obit cõmentū

¶ Scena .II.

Galenus. Petrus. Mysandra. Trimetri.

**V**bi sūt libri Petrisce? quin scholas adis? Pet.  
Sub vestibꝫ pꝫ. Gal. explica, ne (quēadmodū  
Edoctus es) furtum rei domesticæ  
Suffarcinaueris. Pet. En pater mi codices.  
My. Plus satis in vno exhauriendo congio  
Morata sum, quōd non venirent, quæ tamen  
Dudum mihi spoponderant. Nunc tempus est  
Parare, vesperi quæ cdenda sunt. Quid hoc?  
Eho, redit Chrysippus hic solito prius,  
Rursumq; vexandum Petriscon excipit.  
Scrutatur, atq; territat. Qnid hoc (maldim)  
Dementiaz? Si impunè puerum læserit,  
Mysandra non vocabor. Haud me deditus  
Examini videt. Morabor in ostio,  
Vt candidè excipiam virenti verbere.  
Gal. Esto, sed hac iter ad scholā? Pet. Non est pater.  
Verum ad meam mater culam (vti præceperat)  
Vocandam eo. Gal. Quo mater abiit? Pet. In forum  
Pater, quo emat quod erit necesse vesperi.  
Gal. Abi, caue mendacij ne te arguam.

Pet. Successit hoc. Iam adibō p̄fēctos mēos,  
Vbi matri adesse patrem atq; seruum dixero.

¶ Scena .III. Galenus. Mysandra.

**N**Il mihi boni p̄fēga mens de filio  
Promittit: vna heu mater in culpa est, suam  
Demens per indulgentiam, quod funditus  
Corruſpitur. Si obnitar illi, aut arguam,  
Mox gliscit odium, & iurgium, & turbatio. At  
Quid, In ostio ipsa! Profecto sunt quae non satis  
Cessere ei ex ſententia, pallori enim  
Vultus rubor permifit, iſt huc indicat.  
Quid pestilentius viro fit pacifico  
Muliere mala! Non aspides, non tigrides.  
My. Impie, cruentę, edax tuorum viſcerum,  
Quid in meum gnatum tuos animos truces  
Iam prodidisti, vt instar pecudis redeat huc  
Laniatus? An paterna mens tam dura sit,  
Vt filium ſuum adeo diſcerpi velit,  
Te p̄ter vnum in bæluam mitabilem?  
Gal. Vxor tuis moderare paulatim affectibus,  
Sermonibꝫq; breuibus autem accommoda.  
Scis cur puer percussus eſt? Quid fecerit?  
Non pro leuiculis aut minusculis (quod &  
Fortassis arbitraris) his affectus eſt  
Plagis, ſed ob mendacia, ob furta, ob mala

Furum sodalitia, quibus cum inganeo  
Versarier didicisti, scholastiq; omittere,  
Eapropter isthunc (vt dcebat) vltmeis  
Cædi flagris, non vngulis discerpier,  
Mandaueram. Id crudelitatis arguis,  
Id impium, id vel beluiniū iudicas,  
Si ob icelera sua puer parenti vapulet?  
Non hoc sacrī iussū & prophaniis legibusc;  
Non æquum, honestum, & patrīe assuetudinis?  
Quin te mage aūsim criminū caput omnium.  
Contendere, vt pote quæ tua indulgentia  
Pueri indolem alioqui bonam corrupceris.  
My. Mētiris isthac omnia insultum caput.  
Num annos puer vix quattuordecim habens, tib;  
Scortabitur, furabitur, bacchabitur?  
Ego ne eidem omnis maledidi originem?  
Hem tibi caput stolidissimum. Sic dilce, sic  
Disce obloqui mendacites mihi impudens  
Nugator, insontemq; cædere filium.  
Gal. Prima hæc feram mea vxor abs te verbera,  
Verum secunda si feram, iam nescio.  
My. Feres secunda & tertia, modò pergis hoc  
Modo log. Ga. heu. My. ne sic miser. Ga. certè miser  
My. Sic terge ocellos, atq; abi in malam crucem.  
Nam senties peiora, si reueteris.

¶ Scena .III. Uncrymus. Galenus. Myfandri

Trepuit domus vicina turba aut iurgio,  
 Videbo quid siet. Galenus a stat hic  
 Pro foribus. Heus vicine quid faciem fricas?  
 Quid lippiant oculi? Quid ægr i passus es?  
 Gal. Fumosa domus est, & oculis meis nihil  
 Fumo molestius, adeoq; cum mea  
 Vxorcula iurgatus exeo, propulit  
 Fumusq; Gno. Quid, fumus! Cū & ipse armos dece  
 Habitauerim hanc domum, nec vñq; (quod sciam)  
 Fumo molestam passus sim. Gal. Sic est. Vide.  
 Gno. videbo, vbi hic fum?  
 My. scdō ades impudēs?  
 Feras scdō oportet: hem tibi. Gno. malūm. Ga. habet  
 My. Tun' es? Virum putal. Abi, quod habes, tene.  
 Gal. Redit. Quid est? Fumós ne nondū expertus es?  
 Gno. Haud miror equidē q modo hac fumosa sit,  
 Cum extra focum ligna ardeant virentia.  
 Cuius domus tali rogo haud fumosa sit?  
 Cuius oculi fumo pari non lippiant?  
 Gal. Ha ha he. Te & experitier fumos meos  
 Oportuit? Gno. Vicine eamus oblecro,  
 Et optimo vino serenemus oculos,  
 Mæroribus mede amur his Bromio sacro,  
 Lætisq; poculis abluamus tristia.  
 Gal. Placet. Gno. quid age die mihi Galene, quid fili

**C**um illa negotij? Gal. Audies. Unatum meum,  
**Q**uod clanculo quædam domo abstulit, acribus  
**C**ædi flagellis iusseram. Gno. Merito quidem.  
Gal. Id vxor ægrius ferens (quia filio  
Indulget vltra q̄ sat est) me primulum ex  
Agro reuersum obiurgat impudentius.  
**C**um deinde totius mali ipsam dicerem  
Fontem atq; originem. Virentem insanens  
Fustem meo illidit levatum vertici.  
Gno. Post tale tonitru hymbrem sequi necesse erat,  
Sed sustines? Gal. Non sustinerem Gno ryme,  
Si mihi perinde placeat ac tranquillitas  
Turbatio. Primum hunc feram, non alterum.  
Gno. Dum animus quiete cit coniugis, secreto adi,  
Expostula acriter cum ea de singulis.  
Si lenitate flexeris, longe optimum.  
Gal. Et hac mea est sententia. Gno. Hem, cedam? haec  
Contrâq; curas hauriamus congium.  
¶ Chorus. Iambico dimetro.  
**C**reata sunt solatio  
Bacchodicata munera,  
In gaudiūm qdanda sunt,  
Sumenda quoq; mœrentibus.  
Sumendo sunt mœrentibus  
Pro temperato gaudio,

Non regibus nec satrapis,

Ne iusta & equa negligantur.

Si hostis greges abegerit,

Si cura mentem presserit,

Si vox malis me affecterit,

Vinum bibendum porrige.

Dum mea meæcera in me fuit;

Dum blasterat, dum petstrepit;

Dum illidit aulam verlici;

Vinum bibendum porrige.

Porrige bibendum largius;

Vnum duosve congios;

Vt mens dolore tabida;

Per Liberum refloreat;

Dum flauet in calice merum;

Dumve exiluerit poculo;

Cave modum ne excesseris;

Gulæ ve nimis indulseris.

Nam blanditus solet ingredi;

Ridentis instar pauculi;

At nisi modum seruaueris;

More aspidis momorderis.

